

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

### **Promptvarii exequialis pars ...**

Continens centurias II. dispositionum, quibus themata funebria sive  
scripturae dicta varia ...

**Bidembach, Felix**

**Francofurti, 1625**

Thema XXXVIII.

[urn:nbn:de:bsz:31-130978](#)

X.  
a Patetidina  
meum erit.  
al. 11 in  
christis anni  
erperio dom  
que ad lab  
in oritur ve  
Dei. Ioh. 3. vi  
offibus. Ioh.  
lationi cools  
temporis. In  
ta, putabat,  
Video facies  
impessari, i  
& illuc ceteri  
mocoris, sug  
rapientur  
Domino. Co  
splendebo  
corruptibilis  
Nostra fide  
ur omnes sed  
non vidit. Et  
refetendum  
Nam neq;  
sequimur  
amus, nisi Di  
  
396

### THEMA XXXVIII. VET. TEST. 115

2. *Sacramentis, quæ sunt sustentacula & fulcimenta fidei.*
3. *Interna consolatione & corroboratione Spiritus sancti, Rom. 8.v.16. vnde is dicitur ὁ Πνεῦμα ὁ. Ioan. 14. & 15.*
4. *Oratione nostra & aliorum pro nobis, &c.*

F I N I S.

### THEMA XXXVIII.

Psalm. 4.v.9.

*In pace dormiam & requiescam. Quoniam tu Domine si gulariter in se constituisti me.*

#### D I S P O S I T I O.

In hoc Psalmo reprehendit David impios, quod diligunt vanitatem & querant mendacium, vers. 3. Et cum vers. 8. proxime praecedenti dixisset, quod illi tantum latentur proper bona temporalia, quis scilicet vino & frumento abundant: iam hoc versu ultimo, quo Psalmum claudit, è contrario ostendit, in quo ipse latetur, videlicet in protectione diuina, quæ ipsi faciat latitudinem in corde maiorem, quam si haberet copiam & affluentiam bonorum temporalium.

Quia vero ad exemplum Davidis omnes boni in hoc ipso latari debent, quod Deum habeant protectorem, erunt hæc verba Davidis nobis diligentius consideranda: & videndum 1. Quomodo David securus cubet & dormiat, & 2. Quæ huius securitatis causa. 3. Tandem subiiciendi loci.

#### I. Pars.

In pace cubo & dormio. Magnum Dei beneficium, si quis possit cubare & dormire: at maius est, si *in pace* illud possit homo.

Nam tempore belli, qui cubat, nescit an audeat dormire, an non hostes sint superuenturi, & excitaturi ipsum ante tempus. Da gibt es einen bösen leisen Schlaff. Sed

N 2 extra

extra bellum periculum, interdum non datur cubare & dormire in pace.

Si enim mala conscientia hominem exagitet propter sua scelerata, non potest dormire.

Cura & sollicitudines nimis propter opes, etiam impediunt somnum Ecc. 5. v. 11. Syr. 31. v. 1. Inopia & paupertas, & tristis egestas interdum facit nobis noctes insomnes, dum nescitur de mane, unde viuendum.

Morbis grauiores (Syr. 31. v. 1.) *dysponunt* solent causari Maxime vero infidiae aduersariorum, & aliae anxietates animi faciunt, vt noctes ducamus insomnes: dum semper timemus vel vita, vel famæ, &c. Iob. 7. v. 14. Syr. 40. v. 5. Et sanci impii sic puniuntur, vt timeant ubi non est timor. Psalm. 53. v. 6. Et terrentur a facie folii volantis, Leuit. 26. v. 16. & 36.

Sic enim habent cor pauidum, vt vita ipsorum semper sit pendens ante iplos, Deuteronom. 28. vers. 6. & 66. & 67.

Quamvis autem David non defuerint aduersarii, subinde vellicantes, & interdum etiam ipsum affligerit inopia & cætera mala, tamen hic ait, se semper cubare & dormire in pace. Hoc non proprius de somno corporis intelligit, cum de vigiliis etiam conqueratur Psal. 77. v. 5. Sed de animi tranquilitate. Et hoc vult, se in maximis etiam calamitatibus semper tranquillo esse animo: & hoc est in pace cubare atque dormire. Es laß sich nichts aufscheten/ daß ihn soll vngeschlossen lassen. All sein Sorg ziehe er mit dem Hemde auf/*rc.*

## II. Pars.

Sed quæ causa huius securitatis? Es solts jhndoch freylich der Schlaß offi verriben schen worden. Cum non esset ratus vspianus à Saule. Et cum filium suum fugeret, cum à viciniis vndique lacesceretur, &c.

At in Domino illi spes & fiducia: Is fecit, vt in pace dormierit etiam inter medios hostes. Sic enim illi: Quoniam

THEMA XXXVII. VET. TEST. 117

niā tu Domine solus me tuō facis habitare. Si oculi vigilarunt, cor quieuit spē.

Si autem maxime voluissē mihi ipsi securitatem p̄f-  
stare, vel recipiendo me in loca munita, vel milites collin-  
gendo, quibus stipatus possim esse securus: Certe illud  
omne p̄fūdium humanum mihi potius auxiſſet curas  
meas, & insomnes noctes duxiſſem plures.

Quia ab hominibus nullum est firmum p̄fūdium.  
Caro enim sunt.

At in potenti dextera Dei tuto potui ſperare: quia ne-  
mo eſt, qui omnipotentiam tuam poſſit infringere. Huc  
pertinet illud Pſal. 27. v. 3. &c. Pſal. 3. v. 7.

III. Loci.

1. Qui ſecuri & tuti eſſe in omnibus periculis, arque  
in pace cubare & quiescere volunt, hoc vnum agant, ut  
Deum habeant protectorem. Nam qui habitat in ad-  
iutorio altissimi, dicet: Tu p̄fūdium, &c. Pſal. 91. v. 1.  
& 2.

Ille Solus (Nota, Solvs) ſecuritatem potest p̄fā-  
re. Tu arx mea &c. Pſal. 18. v. 3. & 31. v. 4. & 4. 6v. 2. Hoc ſo-  
lētur nos in omnibus afflictionibus, ut dicamus: Si Deus  
pius nobis, Rom. 8. v. 31. Pſal. 73. v. 25.

1. Non arx munitissima in terris ſecuros facere po-  
tent. Quia ſi te flagellet conſientia, & mordeat ille ver-  
miculos ſub latere ſinistro, nihil iuuabit, etiam ſi niidum  
haberes in cœlo.

2. Si Deus te affligere voluerit morbis, vel alia ratione,  
nullibi turus eſſe poteris, Amos 9. v. 2. 3. Obad. v. 4.

3. Non amici lecurum te reddent. Quia homines fal-  
laces, Pſal. 119. v. 8. Et ſi maxime ſint aut velint eſſe con-  
ſtantissimi, tamen exhibit ſpiritus, Pſal. 146. v. 4.

4. Non Principes. Quia & ipſi caro, & mortales. Id-  
eoq; nec in illis confidendum, Pſal. 118. v. 9. & 146. vers. 3.  
Et concidit in puncto gratia longa breui. At Deus ſolus  
eſt, qui facit habitare tuto.

Verum non omnibus securitatem præstat. Supra enim diximus de impiis, quod minetur illis cor pauidum & nunquam securum. Et de Thesaurario Regio Sebena dicitur, quod circumagitandus sit ut pila, &c. Esa. 22. vers. 18. ut ne (in eo quidem quod sibi parauit sepulchro) securus quiescere possit mortuus.

*Quid igitur faciendum ut simus tuti?*

1. Obediendum voci Domini, Deu. 28. v. 13. Pro. 3. v. 24.
2. Confidendum Deo. Turris. Prou. 18. vers. 10. Psal. 2. in fine.

3. Cauendum à mala conscientia. Prou. 15. vers. 15. & Syr. 14. in fine.

Sic Petrus in carcere catenis ligatus inter milites secutus dormit Act. 12.

II Cum aliquando cubandum morituris & dormendum in puluere terræ, dabit Dominus ut possimus quiescere in pace, Psal. 29. vers. 11. Simeon in pace dimitti vult, Luc. 2. Itaq; Deus Abraham Gé. 15. v. 15. Ibis ad patres in pace, Idem 2. Reg. 22. v. 20. 2. Par. 34. Non ergo mors timenda.

Iustificari autem fide pacem habent cum Deo, Rom. 5. v. 1. Tales moriuntur in pace, id est, tranquillo animo, cum bona & hilari conscientia: quia sciunt suas animas in pace custodiendas, Sap. 3. vers. 3. ut non patiantur tormenta.

### F I N I S.

### T H E M A XXXIX.

Psalms. 6. v. 5. & 6.

*Reuertere Domine, eripe animam meam, serua me propter misericordiam tuam. Quoniam non est in morte memoria tui, in inferno quis confitebitur tibi?*

### D I S P O S I T I O.

In hoc Psalmo continetur ardentissima precatio hominis